

Iova Iuva!

Dixi

Oratio Panegyrica  
de Legibus  
habita à Nob.  
de Burg. Eq. Lit.

Nobilitate mentis Splendidissimi, Auctoritate gravissimi,  
Amplitudine Spectatissimi, plurimum reverenda dignitate prae-  
stantissimi, virtute excellentissimi, longo rerum usu experientissi-  
mi, horum titulis ornatissimi, omnig<sup>3</sup> doctrina et eruditio-  
nis genere clarissimi, Domini Tutores, Praeceptores, Amici,  
mei honore ac amoris cultu aetatem prosequendi, elegantissi-  
mum Juvenes, Symmachi omni Ambrosia et nectare mihi  
suaves, ino<sup>3</sup> suavissimarum rerum ornatum suavissimi Dixi,  
Videor autem heic mihi vos videre vultu obtupido affi-  
ctos, et ex me quidem rationem exposcentes: cur ego in ipso  
hoc orationis <sup>neg</sup>limine verbum Dixi enunciem, cum tamen ali-  
ud non nisi in extremo orationis calce id enunciari soleat.  
Quid? nonne ita est, quod ultimum oratorum verbum sit Dixi?  
Et ita. Non immerito proinde causam nosse vultis, Cur mihi  
dicturo primum heic sit verbum Dixi? En autem vobis aper-  
tissimam rationem. Non tantum verbum Dixi oratorum, ve-  
rum etiam Magistratum praepriis Legumlatorum est propri-  
um ipsum et inter Solemnia olim verba non infimum sibi tran-  
sivens locum. Quare mihi de legibus dicturo non in-  
congruum videbatur, si, in sueto licet et insolito ore ac mo-  
do, primum sermonis mei verbum facerem Dixi. Magi-  
stratus videlicet, si hoc vel illud mandat, idem semper addere  
solet verbum Dixi, hoc est: Sic volo, Sic jubeo, haec est volun-  
tas mea, hanc Sartam tectam servari volo. Sententiam. Et dictis  
facile vobis, Auditores plurimum Venerandi, perspicere li-